

Testamenti numero ponatur, qui fide salvi facti sunt, quod dici non posset si in peccato mortali esset mortuus. Quocirca tum eo nomine, tum alias nominibus rejecienda revelationes, que circumferuntur nomine S. Mathildis, propterea quod Samsonis salutem in dubium revocent, quod Apostolo contrarium est.

MULTOSQUE PLURES INTERFECIT MORENIS, QUAM ANTE VIVES OCCIDEBAT. Praeter enim tria illa milia quae solarior spectabat, plures alios, qui in interioro domo erant, interfecit, interque eos satrapas omnes et principes Philistinorum, quae res videtur effecisse ut Israelite Philistinorum jugum excuterent, nec nisi annis post multis hanc in Israelitas dominatio nem bellum Philistini repeterient.

Vens. 31. — DESCENDENTES AUTEM FRATRES EJUS ET UNIVERSA COGNATIO, HIC frates propriè videntur accipendi, cùm distinguantur à cognatione reliqua. Ex quo sequeretur Samsonis parentes post suspectum Samsonem, huc antea steriles essent, alios adhuc suscepisse liberos, quemadmodum Anna, Samuelis mater, antea sterilis, post genitum Samuelem plures liberos genuit, inditá à Deo fecunditate, non ad unum duntaxat partum, sed ad plures etiam in futurum.

TULERUNT CORPUS EJUS, ET SEPELLIERUNT. Ni mirum Philistini condonabitis, et auferre permittentibus: quod tamen nonnullis mirum videtur, quomodo vel ausi cognati corpus illud repetere, vel Philistini, post acceptam tantam cladem, non potius omnibus injuriis et probris corpus illud afficerent, inque partes distrinxerunt, aut inseputum feris avibusque dilaniandum abiecserunt, aut quomodo ab ipsis fratribus cognati repetenter manus abstinerunt. Verum illud nimis inhumananum vel barbarum multis olim gentibus habitum in mortuos sevire, aut sepulturam prohibere. Accedit supra modum ista clade accisa debilitasque fuisse res Philistinorum, oppressis una ruinā omnibus principibus et optimatibus, ut jam non liberitate vindictā, aut dominatione in Israelitas cogitare, sed sufficere sibi putarent sisua pacificē et quietē retincent, nihil contra eos molientibus Israelitis. Denique in Dei manu corda sunt hominum, qui quocumque volerit ei inflicet, ut proinde nihil mirum videri debeat, si ad cognatorum postulationem molles et faciles redditi sint Philistinorum animi.

INTER SARAS ET ESTHAOL. JUXTA scilicet nata-

lem domum et patriam; nam sepulera olim ab urbibus et hominum habitatione sejuncta erant: singula tamen et propria familias singulis erant sepulera.

In SEPULCRO PATRIS SUI MANUE. EX hoc loco aliqui colligunt Samsonis patrem esse mortuum, quod etsi verum esse possit, neque faciliter refutari possit, non videtur tamen satis efficaciter ex hoc loco colligi; non enim sepulcrum aliquius illud tantummodo dicitur, in quo quis sepulcus est, sed etiam quod vivens sibi apparavit. Quid enim an spelunca illa sepulcralis, quam emit Abraham a Ephrone Hethao Gen. 23, non potius dici sepulcrum Ephronis, aut exemptione facta Abrahani sepulcrum? Math. 27, dictur Joseph ab Arimathea posuisse corpus Iesu in monumento suo novo, an ob id Josephi non erat monumentum aut sepulcrum, quia in eo needum Josephi sepulitus?

JUDICAVIT ISRAEL VIGINTI ANNIS. Hoc est, judicis officium ac supremum magistratum gessit apud Israelitas. Existimat tamen Masius in Iosue caput ultimum nunquam imperasse, vel principis officio functum Samsonem; at hoc est contra easterorum omnium, seu antiquorum, seu recentiorum opinionem, contra Josephum, contra Rabbinos, contra Scripturam et cap. praeceps. v. ult. disertam et perspicaciam mentem, que eadem vox judicandi uitur in Samsoni supremo magistrato indicando, quā usus in plenaria aliis: neque ratio vel in specie probabilis afferri potest, cur ad aliam significacionem vox illa hic transferatur, praesertim cū et disertis annorum numerus adscribatur, quo hoc judicandi officio functus sit, quod non ob aliam causam sit, quā ut sacra chronologia per annos iudicium aperte ordinatur. At non legimus eum pro principio ab Israelitis habitum, aut apud eos quāpiam in re principis officio functum. — Respondeo de multis item aliis nihil in particulari gestum ab illis in Scripturā commemorari in publicam utilitatem, vel quod supremi magistratis autoritatē preferret, neque tamen de illis dubitari, sed satis hoc indicari eo ipso quo dicuntur Israelitae judicasse. Adde non omnia que ab hoc, vel ab illis facta sunt, scripta esse: potuit igitur et hic in multis rebus pro principio se gessisse, etsi ea non commemorentur. Addo tamen secundum hinc posse recte concludi Samsonis principatum nonnullā a ceteris diversum fuisse: cum enim à Deo circa populi electionem vel confirmationem auctoritatem accepisset, ut novā quadam ratione salvaret vindicaretque

populum suum, videtur etiam Deus voluisse, ut occultiore quodam modo magistratum suum obiret, videlicet ut nec ipse passim pro principe se gereret, nec à populo pro principe agnosceretur, ne factorum Samsonis in populū redundaret: quid tamen praecipuum judicium officium erat auctoritate à Deo vel populo acceptā populū salvare, deque hostibus liberare, idque cumulate Samson prestiterit, eis novā ratione, non est cur ipse ē judicium numero extrudatur.

Anni quibus Israeli profuit hic, tum cap. praeceps, viginti fuisse dicuntur, qui non ali⁹ hic et ibi, ut quidam visi sunt existimare, quasi annis quadragesima in universum principatus functus sit; id enim falso est. Cur autem his iidem anni commemorationem non alia videtur ratio, quā quod ita visum sit Deo eadem rem bis repetere, semel sub initium principatus, deinde sub finem ad rem eamdem confirmandam: neque enim id in Scripturā est insolens, eadem rem ad confirmationem repeti; sic enim Gen. 5. v. ult., cū dictum esset Nos tres genuissim filios, Sem, Cham et Iapheth, idem cap. seq. v. 10, repetitur. Porrò hos annos viginti includendos in quadragesima annis Philistinorum servitū indicatur cap. praeceps v. ult., et nos ibi declaravimus. An autem hi cum prioribus, an cum posterioribus servitū annis coincident diximus cap. 45. v. 4, et posterius ampli ex sumus.

Hic gloriosus magni illius heros fuit finis à quo Augustini aliorumque multorum sententia sumū Herculem gentilites fabricavit; quod probat Serarius, tum quod nitrusque atas in idem ferē tempus incidat, tum a gestorum similitudine, additis tamen ab ethniciis, ut fit pluribus figuris ac fabulis. Comparat verò hoc inter se Serarius, et probat ad Samsonis imitationem, quae de Hercule dicuntur, effecta esse omnia his verbis: Nam, inquit, cū in servitū Eu-
rythae, sc. utique minori ac viliori, datus
à Iove dicitur Hercules, atque ut se in li-
bertatem vindicaret, tot exstante debuit
labores, nonne Samsonem videmus sū eum
populo deterioribus vilioribusque servientem
Philistheis, atque ut se suosque liberet,
maxima difficultate subeunt certamina?
Herculus Nemæus leo nonne Samsonis Tham-
nathae leo est? Hydra, Centauri, Sty-
phalides aves, atque id genus communia,
nonne Ascalonitarum, Gazaorū, Philis-
theorumque aliorum impetus innunt?
majoribusque omnia mendacia cumulant?

Quid dñe Herculis columnæ, nonne due illæ sunt, quas concusset et per quas quem-
dane velut malorum oceanum in Philistinorum
immisit Samson? Fecla item Herculis apud
Omphalem servitus et effemiantio, de quā
lib. 5 et 7 contra Celsum Origenes, cate-
raque eius vita impuritas ac libido, nome
Samsonis in Gazeā mercetrice ac Dallia pe-
tulantiā, acerbampque servitutem clamat?
Ejusdem verò Herculis post homicidio libi-
dine: que punitio, iterataque per Thes-
tium et Eumolpum expiationes, ac Elusi-
norum sacrorum initiationes, quid nisi Sam-
sonis punitiū, sacrifici Nazaraōis
religionis ac renovationem indicant? Mors
in Oeta monte ultrò ac sponte suscepta, de
voluntario etiam Samsonis interitu non om-
nino nihil significat. Samsonis etiam adoles-
centia congruent optimè quæ de duabus viis
adolescenti Herculi à voluntate virtuteque
depositis protulit Prodius Cœus, et ex eo
lib. 4 de Offic. Cicero. » Ita illæ.

Verum Samsonem nostrum in Herculanū transformarunt ethnici, annon, parum interest; illud majoris momenti, in quo omnes Patres con-
veniunt, fuisse Samsonem expressam Christi
Domini figuram, hinc ii qui illam Jacob Patriarchæ benedictionem Gen. 49: Dan judica-
bit populum suum, sicut et alia tribus in Israel.
*Fiat Dan colber in viâ, cerasites in semitâ, mor-
dens angulas equi, ut edat ascensor ejus retrô,*
de Samsone intelligent; idcirco autem Patriar-
cham mox subiecisse: *Salutare tuum expectabo,*
Domine, quia nimurū à Samsone luculentū
Christi figura ad ipsum Christum repente
translit. Porrò allegoriam hanc de Christo
ita aliqui adaptant, ut nonnulla, quæ de
Samsone dicuntur, velint convenire Christo
ut Ecclesia capit: alia (quemadmodum ea
sunt, quæ de impuris ejus amorphis narrantur)
corpori, hoc est, Ecclesiæ, vel certè Ecclesia
certis membris, siquidem in Ecclesia area est
pala permixa tritico, hoc est, peccatores
justi permixti: itaque de hinc peccatoribus
ista intelligunt. Alii tamen omnia Christo ut
*capiti accommodant, qui modus, si res permit-
pat, potius videtur sequendum.*

Est autem hoc de Christo allegoria: Samsonis ortus ab angelo preannuntiatus, ita et Christi.

Samsonis ortus matrī prius revelatus quām patri: B. Virgini prīusqā Josepho arcānum illud Incarnationis mysterium revelatum est.

Samson neodium natu preannuntiatur salva-
toris et liberaturus populum suum: idem de-

*Christo: Ipse enim salutem faciet populum suum
et peccatis eorum.*

De matre sterili præter ordinem naturæ nas-
citur Samson : de matre virginæ modo admirabilior Christus

Samson ipsi nomine Christum prætulit ; est
enim , ut supra diximus , Samson parvus sol :
Christus itidem Sol iustitiae est , juxta Malachia
prophetiam , sed intra virginis uterum , in cuius
vagiens supra modum parvus effectus , mira-
tamen virtutis et efficacis ad illuminanda , et
amoris igne faciens houinum corda .

Nazareus Samson fuit , hoc est , separatus ,
consecratus , sanctificatus : Christus homo
Sanctus sanctorum à ceteris omnibus excelle-
lenti et peculiari modo sanctificatus , nempe na-
ture divine conjunctione separatus , consecra-
tus , sanctificatus fuit , ut propterea à regio
Prophetæ dicatur unctus oleo iustitiae præ
consortibus suis , hoc est , propter ceteris , qui
de divina sanctitate participarunt .

Samson salvator et iudex exiit ; Christus
fidelium et iustorum Salvator , iudex et vindex
impiorum .

Fortitudo divinitus addita fuit Samsoni ad
debellantos hostes : Christo divina inerat forti-
tudo ad debellantos omnes hostes tartaricos ,
idolatrias , peccatum , mortem , infernum .
Hæc primò juxta typum à Samson expressum ,
leonus , hoc est , Luciferum , vel mundum
ejusque idolatriam dispergit , idque quo tempore
sponsam in terris quereret .

Per favum mellis in ore leonis inventum in-
tellexit August. quodam loco sacram doctrinam
quæ domitæ mundi feritæ et genitum ,
in eum ore , posquam , peccato mortue-
sunt , et ad unam Ecclesiæ congregatae , re-
peritur . Ita quidem si per leonem mysticè mun-
dum intelligamus , sin verò intelligamus Luciferum
vel infernum , per favum mellis in ore
hujus leonis repertum intelligere possumus ,
vel Christi animam , vel animas Patrum in
limbo , quæ in hujus ore leonis invente sunt ;
sed eas ipse retinere non potuit , quinmo educe-
tæ à Christo suavem tum ipsi tum æternæ
Patri escam præberunt . Ex quo illud Samsonis
anima mystico sensu intelligi potest : *De
comedente exiit cibus , et de forti egressa est
ducede* : nam , ut ait August. , *Quid hoc aliud
significat quam Christum à mortuis resur-
gentem?* Et cetera que ex eodem supra
cap. 14 , v. 14 , in illius anagnitis mysticæ ex-
positione attingi .

Samsonea sponsa , quam ipse quesivit sibi

et in exterâ regione despondit , Palestina et
alienigena fuit : Christus sponsam suam Eccle-
siam à colis descendens in terrâ quiescit , in
exterâ planâ regione ac inimicâ , et allophy-
lam , hoc est , alterius generis et naturæ , si
divinitas attendatur , Deo inimicam et ex geni-
bus ferè infidelibus congregata ; quam ta-
men sanctificata per fidem et gratiam sibi
cupulavit .

Samsonis sponsa arcana ab illo accepta suis
Palestini evulgat : Ecclesia itidem mysteria
accepta à Christo per Apostolos et Apostolicos
viros evulgat , et per totum orbem prædicat .
Quenammodum verò Samson prædicta spon-
det arcum anagnitis sensum apertientibus ,
ita Christus mysteria sua intelligentibus et co-
gnoscitibus eternæ vite premia reprobuit .

Rivalis Samsonis , vel potius adulter super-
inductus est diabolus , vel haeresarche , qui
Christi sponsam constuprare student perversis
suis dogmatibus . Que in hanc constuprationem
consentit anima haeresarchas audiendo , isque
adherendo , à Christo abieciit , aliquid nihil
quā aeternos cruciatus mercatur , ad modum
videlicet Samsonis spouse , que constuprata
exitur .

Vulpes Philistæas capit Samson , caudas
earum colligat , facesque addit , quibus totæ
Philistæorum segetes exaurit . Vulpes ha-
mysticè , ut supra diximus , sunt calida haë-
reticorum argumenta à Scripturâ desumpta , vel
potius sophismata : has Christus suorum fidei
præconum et defensorum operâ per caudas
arripit et ligat , adhibitat fidei et recte inter-
pretationis face , dum ostendit palam eorum
ineptas consequentias , falsas interpretationes
refutat , et eo suismet arguments constringit ;
ex quibus consequitur haereses , et omnium ,
quos severunt demones , fructuum exterminia-
tionem et clades . Nulla enim heresis diu stare
potuit in Ecclesiâ . Vel , si mavis , caude vul-
pium colligate , sunt omnium haëreticorum
concors animus Ecclesiæ veramque religio-
nem impugnandi , ignis quem secum trahunt
bella et seditiones , quas accendere student , sed
tandem id unum efficiunt , ut sibi suorumque
Philistæorum frugibus aeternum incendum
et damnationem accersant . Que omnia Samson ,
hoc est , Christus facit ; ejus enim providentia
et permissione sunt haec omnia ad Ecclesiæ
et populi christiani utilitatem .

Samson inermis asini maxilla Philistæorum
ingentem multitudinem sternit et profligat .
Mysticæ juxta divum Hieronymum est Christus

est verbo et ore suo Iudeos et milites in horto
Gethsemani prosternens , dæmones verbo et
imperio ejiciens , morbos omnes fugans . Posset
tamen etiam per maximam asini rem vilissimam
et immundam humilitatem naturæ et carnis hu-
manæ intelligi , in quâ Christus pugnavit , vel
crucis mors infans et ignominiosa , quâ Christus
totos dæmonis exercitus stravit et pro-
fligavit .

Ex eadem maxilla et Christi ore (si prioren
interpretationem sequamur) fons perennis et
ducede doctrine Evangelice manavit , cujus
aquis fideles omnes refocillantur , et Christus
in corpore suo , quod est Ecclesia . Vel , si
posteriorum explicacionem sequamur , que
maxillam humilitatem carnis assumpte facit ,
dicemus Christum sitivisse miris modis salu-
tem nostram , cujus illa verba sunt Luce 12 :
*Baptismo habeo baptizari , et quomodo coarcto
donec perficiatur ! ex eademque siti in cruce
clamat : Sitio. Igitur , ut hanc situm sedaret
Claritus est maxilla hæc , seu humili informaque
naturâ nostrâ , in Christo egressæ sunt aque
copiose ; nam saturatus est Christus tormentis
et opprobriis , que per aquas symbolico signifi-
cantur , et his ipse , quod per ea Patris honor
et animarum salus pararet , stitem extinguit ,
nobisque , quâ situs nostra restinguuntur , pe-
rennis aquæ vera fluxit , Sacramentorum scilicet
vis , que ex Christi passione totam virtutem
suam habent , de quibus Isaías : *Haurietis aquas
in gudio de fontibus Salvatoris.**

Pergit Samson amare meretrices ; quibus
vel Ecclesia significari potest , que ante prius
quam Christo adhaeresceret , à Deo fornicatur ,
vel potius peccatores in Ecclesiâ , aut etiam qui extra Ecclesiæam . Et quamvis peccatores
hi non convertantur , pro îs tamen mori-
tur , et sanguinem suum offert .

Gaza portæ in monte ablatæ indicant Christi
de morte , inferno et dæmonibus victoriam ,
cum resurgens ablatæ quodammodo secum in
celum inferni portis et seris , ingenti dede-
coro , luctu , ignominia , Luciferum , ejusque
republicam affectat ; portas enim hæc quodammodo
abstulit cùm , peccati mortisque
imperium sustulit , quibus ingressus et aditus
in infernum erat .

Meretrix altera , Dalila fuit , quæ vox ino-
pem sonat : nulla magis inops pauperque exiit
Ecclesia gentium priusquam Christo adha-
resceret : capilli , qui caput tegunt , divinam
opem et protectionem significant , quâ pre-
sente Christus fortia et admiranda opera pra-
stabat , quâ quodammodo sublatâ (nam et
Christus in cruce dicebat : *Deus meus , Deus*

*animæ ornamenti spoliatorum . Sunt etiam ,
qui per Dalilam , Judæi intelligent animi mu-
liebris hominem , qui verè Dalila , sive inops ,
quandoquidem avarus , quique , uti Dalila ,
passus est se expugnari pecunia ad magistrum
suum , à quo tot affectus erat beneficiis , pro-
dendum .*

*Samsonem Dalilam radit , decalvat et Philis-
theis tradit . Christum Judas et peccatores ,
quos tomen idem amat Christus , et pro qui-
bus moritur , Judeis tradunt et vendunt .*

*Philistæi Samsonem omni afficiunt ignomi-
niâ , excecent , illudunt , protrudunt , alapis
cadunt . Quâ sp̄tē hec Christi ignominia et
tormenta premonstrârunt à Judeis inficta
nemo non videt ; siquidem illa execratio an-
non velatam Christi faciem referit , cum dicere-
rent : *Prophetæ nobis , Christe , quis est qui te
percussit ? Ignominie catena annos Christum
flagellatum , spinis coronatum , alapis casum ,
conspicutum , ut stultus irrisum expresserunt ?*
Neque in Samson ipsius crucifixionis typus de-
bet ; eam enim representat Samson moriturus
ad utramque columnam brachia exporrigen .*

*Samson moriens Dagonis famam evervit :
Christus moriens idola et idolatriam .*

*Samson plures occidit moriens , quā ante
vivus occiderat . Variè hoc Christo applicatur ;
nam et ab idolatriâ , superstitionib⁹ libi-
dinib⁹ , peccatis innumeris avocando , iis
sanctam quandam mortem attulit , et monstrâ
illa que capti vanâ tenebant animam , inter-
mit . Hinc et homo crucifigi , mori , consepliri
Christo in baptismō ab Apostolo dicitur ad
Rom. 6 , et Christi Victoria de demonibus , in-
ferno , idolatriâ , peccato , morte solet à
prophetis describit , ad modum cruentæ ejus-
dem victorie , in quâ multum sanguinem inimi-
corum fusum sit . Vide Isaiae 63 . Rursum Christus
mortuus , quot hominum myriadas ob illas
sibi injurias et mortem in Jerosolymitanō
excidio interemit ? quot post hanc vitam ater-
ne morti addixit ? Quid omnia futura jam ante
Simeon senes Virginis Mater predixerat Luce
2 : *Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectio-
nem mutorum in Israel.**

In capite intenso et capillis Samsonis forti-
tudo posita erat ; iis detonsis fortudo hac
ablatâ est . *Caput Christi Deus est , inquit Apo-*
*stolus : capilli , qui caput tegunt , divinam
opem et protectionem significant , quâ pre-
sente Christus fortia et admiranda opera pra-
stabat , quâ quodammodo sublatâ (nam et
Christus in cruce dicebat : *Deus meus , Deus**

meus, ut quid dereliquisti me?) Christus infirmus factus est, vir dolorum, sciens infirmitatem, quasi absconditus vultus eius et despctus; sed recrescentibus capillis, et virtute quodammodo in morte recuperata, totum à fundamentis infernum et diaboli regnum concusso et evertit.

CAPUT XVII.

1. Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas,

2. Qui dixit matri sue: Mille centum argenteos quos separaverares tibi, et super quibus me audienter juraveras, ecce ego habeo, et apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus Dominus.

3. Reddidi ergo eos matri sue, quae dixerat ei: Consecravi et vovi hoc argentum Domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, et facias sculpitile atque confitiale; et nunc trado illud tibi.

4. Reddidi igitur eos matri sue; quae tulit ducentos argenteos, et dedit eos argentario ut faceret ex eis sculpitile atque confitiale, quod fuit in domo Michae.

5. Qui ediculam quoque in ea deo separavit, et fecit ephod et theraphim, id est, vestem sacerdotalem et idola; implevitque unius filiorum suorum manum, et factus est ei sacerdos.

6. In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisque quod sibi rectum videbat hoc faciebat.

7. Fuit quoque alter adolescens de Bethlehem Iuda, ex cognatione ejus; eratque ipse Levites, et habitabat ibi.

8. Egressusque de civitate Bethlehem peregrinari volui ubicumque sibi commodum reperisset. Cumque venisset in montem Ephraim, iter faciens, et declinasset parumper in domum Michae,

9. Interrogatus est ab eo unde venisset. Qui respondit: Levita sum de Bethlehem Iuda, et vado ut habitem ubi potuerit et utile mihi esse perspexero.

10. Dixitque Michas: Mane apud me, et esto mihi parens ac sacerdos; da boque tibi per annos singulos decem ar-

Septem Samsonis eritis sunt septem Spiritus sancti dona, quae et Christum ipsum et Ecclesiam totam, corpusque ejus mysticum exornant. Ab aliis septem Sacraenta dicuntur, quibus supra modum ornatur Ecclesia.

CHAPITRE XVII.

1. En ce temps là il y eut un homme de la montagne d'Ephraim nommé Michas,

2. Qui dit à sa mère: Les onze cents pièces d'argent que vous aviez mises à part, et sur le sujet desquels vous aviez fait devant moi tant d'imprécactions *afin qu'on vous les rendit*, sont entre mes mains, et je les ai présentement. Sa mère lui répondit: Que le Seigneur vous comble, mon fils, de ses bénédications.

3. Michas rendit donc ces pièces d'argent à sa mère. Et sa mère lui dit: J'ai consacré cet argent au Seigneur, et j'en ai fait vœu, afin que mon fils le reçoive de ma main, et qu'il en fasse faire une image de sculpture et une jetée en fonte. C'est pour cela même que je vous le donne maintenant.

4. Après donc que Michas eut rendu cet argent à sa mère, elle en prit deux cents pièces d'argent, qu'elle donna à un ouvrier pour en faire une image de sculpture et une jetée en fonte qui demeura dans la maison de Michas.

5. Michas fit aussi un petit temple pour le dieu, avec un épéos et des thérapheos, c'est-à-dire le vêtement sacerdotal et les idoles, et il remplit d'*offrandes* la main d'un de ses fils comme pour le consacrer, *quoiqu'il ne fut point de la race sacerdotale*; et il devint ainsi son prieur.

6. En ce temps-là il n'y avait point de roi dans Israël, mais chacun faisait tout ce qui lui semblait bon.

7. En ce même temps il y eut aussi un autre jeune homme de Bethléhem en Iuda qui était levite, *mais de la tribu de Juda, par sa mère*, et qui demeura là.

8. Il était sorti de Bethléhem dans le dessein d'aller s'établir ailleurs, partout où il trouverait son avantage. Et étant venu en la montagne d'Ephraim, lorsqu'il était en chemin, il se détourna un peu pour aller en la maison de Michas.

9. Michas lui demanda d'où il venait. Il lui répondit: Je suis Lévite de Bethléhem de Iuda; je cherche à m'établir où je pourrai, et où je verrai qu'il me sera le plus utile.

10. Michas lui dit: Demeure chez moi,

genteos, ac vestem duplice, et quæ ad victimum sunt necessaria.

11. Aequiebat, et mansit apud hominem, fuitque illi quasi unus de filiis.

12. Implevitque Michas manum ejus, et habuit puerum sacerdotem apud se.

13. Nunescio, dicens, quod benefaci mihi Deus habent levitic generis sacerdotem.

COMMENTARIUM.

Hactenus libro hoc de iudicibus actum est, eorumque ad populi salutem gestis, quorum postremus Samson fuit, non quod post eum nulli iudices extiterint: nam Ieli et Samuel post Samsonem iudices statuuntur 1 Reg. 4, v. 18, et cap. 7, v. 14, 15, 16, 17, sed quod Samson ultimus sit iudicium, cuius acta hoc Judicium libro referuntur. Nunc quasdam historias idem hic liber persecutus, que sub iudicium tempora acciderunt, et si nolum eis certum tempus assignetur, vel quo iudice id acciderit referatur: ex quo necesse est obscurum relinqui, quod omnes fatentur, quo tempore ea facta sint, quanquam fortè à certis quibusdam circumstantiis verisimile aliquid exprimi possit. Porro prior haec historia de inventa à muliere ejusque filio in tribum Ephraim idolatriæ, ac deinde in tribum Dan occasione novæ expeditionis à Danitis suscepta continetur hoc et sequenti capite.

Quaratur igitur de tempore tum idoli hujus fabricati, tum expeditionis illius à Danitis susceptæ; haec enim historie inter se connexa sunt, ut ex horum duorum capitum contextu manifestum est. Varijs hæc de auctores opinantur; quidam post Samsonis mortem volunt accidisse, idque tum propter ordinem narrationis quem Scriptura servat, tum propter prima illa hujus capituli verba: *Fuit eo tempore*. Alii Josue adiuse vivente. Quidam defuncto Josue, sed Caleb et senioribus adiuse viventibus, de quibus agit caput ultimum Josue v. 51, et Judicium cap. 2, v. 7. Alii rursum post horum mortem, sive Israelitis primâ servitute à Chusano Mesopotamic rege oppressis, sive per idolatriam viam sternentibus ad eam servitatem. Quidam ad Othonielis primi iudicis, ali ad Eglonis tempora, qui secundus iudex fuit, revocant. Ad difficultatem hanc exhausti assertiones aliquot statuo.

Primo non posse hanc historiam ad tempora.

COMMENTARIUM. CAPUT XVII.

vous me tiendrez lieu de père et de prêtre; je vous donnerai chaque année dix pièces d'argent, deux habits, et ce qui est nécessaire pour la vie.

11. Le Lévite y consentit, et demeura chez lui, où il fut traité comme l'un de ses enfants.

12. Michas lui remplit la main d'*offrandes*, comme pour le consacrer, et retint ce jeune homme chez lui en qualité de prêtre;

13. Car maintenant, disait-il, je sais que Dieu me fera du bien, puisque j'ai chez moi un prêtre de la race de Lévi.

COMMENTARIUM.

que Samson secuta sunt, referri. Videtur hoc assertio planissimum probari ex eo quod Jonathan nepos Moysis, ac filius Gersam, fuerit istius idoli sacerdos, ut habetur cap. seq. v. 50. Porro Gersam filius Moysi genius fuit ante egressum ex *Egypto*, Exodi 2, v. 22; ab egressu autem ex *Egypto* usque ad Samsonis mortem minimum sunt 350 anni, ant etiam plures; non potuit igitur Jonathan filius Gersam post Samsonis mortem vivere: nam faciamus eum anno patris octogesimo vel centesimo natum, debuisset igitur quo tempore factus est idoli sacerdos fuisse minimum 250 annorum, quod et omni verisimilitudinis specie per se caret, neque stare potest cum eo, quod iste Jonathan hoc capite v. 7, dicitur adolescentis, à Septuaginta, *ενιάτης*, vel, ut alii libri habent, *επενδέπτης*, in Hebreo, *nαύαρος*, quod puerum significat. Deinde qui sit credibile tam dū Daniatis expectasse, nimisq; ad trecentos ferè annos ab ingressu in terram promissam, ut commodas sibi ad habitandum sedes quarent, quod tamen sequenti capite facilitatum ab his refertur? Accedunt alia, quæ ad postremam assertiōnē confirmandā afferentur.

Secundò neque Josue, neque Caleb aut seniorum illorum, qui post Josue vixerunt, temporibus haec contigisse. Videtur id perspicuum, quia Josue cap. ult. v. 51, et Judicium 2, v. 1, dicuntur Josue et seniorum illorum temporibus Israelita Deo servivisse. Neque vero credi potest, seu Josue, seu Caleb, seu seniores illos, istam idolatriam toleratos fuisse.

Tertiò non videri hujus idolatrias principium servitatis aliquo tempore contigisse. Ratio, qui passim videtur idolatrias irrepsisse, non quo tempore cladibus et servitiae premebantur Israelita, sed quo tempore res eorum prosperæ et florentes erant, iuxta illam Moysis in Cantico Deuter. 52, prophetiam: